Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uersantur: ita si homo habuerit mentem suam in timore dei. ipse timor
dei ossa eius consumit.

CORONA SAPIENTIE TIMOR DNI EST.

Et initium sapientie timere deum. et plenitudo sapientie et
radix sapientie timor domini est. Timeamus ergo carissimi do
minum et animas nostras preparemus ad excipiendam sapientiam. ut
sapienter et pie. et iuste inuenies cum ipsa sapientia regna mereamur
possidere perpetua. Sicenim scriptum est. Qui custodierint illam iustifi
cabuntur abea. et facile iudebitur abhis qui diligunt eam. et inuenie
tur abhis qui querunt illam. Scriptum est enim. Concupiscentia ita q
sapientie deducit adregna ppetua. Propterea ait salomon. Optaui et
datus est michi sensus. inuocaui et uenit in me sps sapientie. et propo
sui preluce illam habere. Sup salutem et omnem pulchritudinem dilexi
illam. quo inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem michi oma
bona pariter cum illa. et innumerabilis honestas permanus illi. et le
tatus sum inomnib; quoniam antecedebat me sapientia. Infinitus enim
thesaurus est hominib;. Quo qui usi sunt participes facti sunt amici
cie dei. Est enim in illa spiritus intellectus. sanctus. unicus. multi
plex. subtilis. mobilis. disertus. incoinquinatus. certus. suauis. amans
bonum. acutus. humanus. stabilis. securus. omnem habens uirtutem.
omnia prospiciens. et que capiat omnes spiritus intellegibiles. omnib;
enim mobilib; mobilior est sapientia. Vapor enim est uirtutis dei.
et emanatio claritatis omnipotentis sincera. Candor enim est lucis
eterne et speculum sine macula di maiestatis. et imago bonitatis
illius. Est enim hec speciosior sole. et super omnem dispositionem
stellarum luci comparata inuenitur prior. Luci enim succedit nox
Sapientia enim uincit malitiam. Attingit autem afine usq; adfinem
fortiter. et disponit omnia suauiter. Sobrietatem enim et sapientia
docet. et iusticiam et uirtutem. quibus utilius michi est nitta homi
nis. Thesaurus magnus est sapientia quam qui inuenerit inue
niet uitam. et qui posset illam immortalitatis habebit coronam.
Ipsa est enim que stabiles facit infide. certos inuerbo. dulces imelo
quio. hilares indato. immia humanos. inrespondendo suaues. indis
cernendo sagaces. inprosperitate mites. inaduersitate securos. acu
tos insensu. Plucidos infacto. candidos inuultu. et fortes incon
flictu. Vnde ergo sapientia uenit et quis est locus intelligentie